



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1863

CXLVII. Notariatsinstrument über die Schenkung einer Wiese zu Krichelndorf an das heil. Geist-Kloster zu Salzwedel, am 28. Dezember 1393.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56044](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56044)

vnder vns vor benomden steden spyfen noch behulpen syn In neynerleye saken. Worde jennich man des vorwunden vnde vortügheit, dat he den spifede, dy schal eyn vordreuen man eyn verndel Jares wesen vor der stad, dar he wonastich is. Dat ander stücke is, worde enighe stad vnder vns vorbenanten steden edder dy dar bynnen beseten synt van ymande vorvrechtet, by der stad vnde by sodan luden, den dy sake antrede, schole wi alle truweliken blyuen vnde helpen med Rade vnd med dade, dat dy stad vnde sodan lude by rechte blyuen. Dat drudde stücke is, worde jenich man van dissen vorbenanten steden gebeden dar tho, dat hy spyke differ stede wort, was wi em alle van vnser aller wegen spreken heyten, worde he dar vmme vorvrechtet vnnde worde em dar vmme vnwille vnde schade to keren, den he redelke bewisede, dat he den schaden vmme sodan sake genomen hedde, den man schole wi vordedingen vnde truweliken by em stan vnde schun en alle eyn jowelk stad na orer macht schadelos holden. Wer ok enghe stad, dy hulpe bedorffte, so scholen dy andern stede der stad volghen med sodaner were, alse hir na screuen steyt: Stendal med XII gleuien vnde vir schutten, Sehufen med lees gleuien vnde med twen schutten, Osterborg med dren gleuien vnde med twen schutten, Werben med dren gleuien vnnde med eynen schutten, vnde welk stad deszir were bederuet, dy schal den luden, dy or gefant werden, gheuen spyse vnde voder dy irften dry daghe. Bederuet sy der lude lenger, so schal eyn jowelk stad dy ore spyfen ses daghe dar na. Bedorffte den die stad der lude lenger, so schal sy den luden geuen spyse vnde voder, also langhe, alse sy dy lude by sik behalden wil. Dar mede schal alle pant quitinghe aue wesen. Wer ok, dat van deslzer were vrom odder schade velle, des schal eyn jowelk stad nyten vnde vntghelden na oren mantal, alse sy to der were deyt, vnde welk stad nicht sende dislze were der stad, dy sy eschede, dy schal gheuen vor den man med der gleuien eyne mark siluers vnnde vor den schutten eyne halue mark to der reysen vnnde med dissen ghelde schal men dy meyne were mede sterken vnde holden: vnde dislze eninghe schal anstan nu to suntte bartolomeus daghe vnde waren dry jar, hir bynnen schal vnser eyn dem andern truweliken helpen. Alle dislze vorbenomed stucken loue wi vnde willen sy stede vnde valte holden, sunder allerleye argelift. Dat betughe wi med vnnfzen Ingefigelen, dy gehanghen synt an dislzen bryf na god bord duftent Jar, dryhundert Jar, In deme dry vnde negetigsten Jare, In suntte ypolitus daghe.

Nach einer Copie des Sch. Staatsarchives.

CXLVII. Notariatsinstrument über die Schenkung einer Wiese zu Krichelndorf an das heil. Geist-Kloster zu Salzwedel, am 28. Dezember 1393.

In nomine domini amen. Anno natiuitatis eiusdem Millesimo Tricentesimo nonagesimo tercio, Indictione quinta decima, die Mensis decenbris vicesima octaua, hora vesperorum vel quasi, Pontificatus Sanctissimi in cristo patris ac domini nostri, Domini Bonifacii diuina prouidencia pape noni Anno quarto, In mei Notarii publici Testiumque infracriptorum prefencia personaliter constituti Religiosi viri et Domini Nicolaus, prepositus, et Johannes luchow, Canonicus ad sanctum spiritum prope Soltwedele, ordinis Sancti Augustini verdenfis diocesis, ex vna, Et honesta domina

Elyzabeth, Relicta Betekini vischers alias dicti de krychelendorpe nuper defuncti bone memorie, necnon Heyno vischere dictus de krychelendorpe frater eiusdem Betekini, parte ex altera, sponte concordantes taliter contraxerunt, quod prefata Elyzabeth, Relicta Betekini vischers, vna cum Heynone vischere predicto, fratre eiusdem defuncti, Compotes mentis et rationis pro salute animarum suarum quoddam pratum confutum et excultum inter prata vlgariter dicta de Rodewische iuxta Gefynam non longe a villa krichelendorpe ad manus Religiosi viri et Domini Nicolai prepositi prenarrati et ad vsum Monasterii sancti spiritus perpetuo permanendum pie et irreuocabiliter donauerunt ac sponte sollempni resignacione dimiserunt liberum et solutum ab omni Jure pheodali et ciuili ac Burgenfium siue villanorum, angarie, depactacionis, Censui, Precarie seu quouis genere exactionis iuste et iniuste, quemadmodum sepedicti Betekinus vischere pie memorie et vxor sua Elyzabeth necnon Heyno vischer, frater iam dicti Betekini, vsque in illum diem iure hereditario pacifice, libere et quiete possederunt, Promittentesque predicti Elyzabeth, Relicta sepedicti Betekini defuncti, necnon Heyno vischere, frater eiusdem, prenarratis preposito et Monasterio sancti spiritus prope Soltwedele in tali predicta pia legacione et donacione warendare ac ab omni impeticione friuola, si qua fuerit attemptata vel in posterum attemptanda, defendere. In recompensam vero huiusmodi legacionis ac pie donacionis prati predicti prelibatus vir Religiosus dominus Nicolaus, prepositus Monasterii sepetatacti, Recipiens sepefatos Betekinum vischere pie memorie, Elyzabeth conthoralem quondam eius legitimam, Heynonem fratrem Betekini iam nominati necnon omnes progenitos eorundem in sue fraternitatis consorcio et participacione omnium bonorum operum, que in eodem Monasterio ordinare dignabitur clemencia saluatoris, perpetue permanendos, Ordinansque cum predictis Elyzabeth relictam Betekini et Heynone fratre eiusdem decessi, vt dominica proxima post festum beate lucie de vespere cum vigiliis et in secunda feria proxima cum Missis defunctorum pro salute animarum pretactorum, Videlicet Betekini vischers, Elyzabeth, conthoralis sue, Heynonis fratris Betekini, ac parentum eorundem necnon omnium cristifidelium commemoracione in missa prehabita memoria anniuersalis in sepedicto monasterio sancti spiritus perpetuo et sollempniter peragatur. Quamdiu vero sepefati Elyzabeth et Heyno vischer vixerint seu alter eorum vixerit, prepositus, qui tunc pro tempore fuerit in prenarrato Monasterio, cum dicta Memoria fuerit peragenda, octo solidos denariorum de predicto prato Canonicis eiusdem Monasterii distribuendos annuatim erogabit. Cum vero ambo, videlicet Elyzabeth et heyno, de medio huius labilis vite sublati fuerint, Prepositus, qui tunc temporis extiterit, duodecim solidos denariorum iam dictis Canonicis distribuendos singulis annis, cum talis memoria fuerit per eosdem canonicos Monasterii antedicti celebranda, non differat erogare, vt eo beniuolencius et deuocius pro animabus prefatorum deum deprecentur et exorent. Insuper prenomminatus vir Religiosus dominus Nicolaus prepositus me Notarium publicum infra scriptum tamquam personam autenticam instanter requisit, vt sibi et suo Monasterio super premissis vnum publicum conficeretur instrumentum, Supplicansque nicholominus famoso famulo Johanni de knesbeke, Aduocato in Soltwedele, ac prouidis et honestis viris Gherardo Brunow, Bodoni Brunow et kerstiano dorreheyde, opidanis veteris opidi Soltwedel, ibi tunc presentibus et ad hoc vocatis et rogatis, vt sua Sigilla in fidem testimonii firmiorem eidem Instrumento publico ducerent appendenda. Ipsi vero eiusdem domini Nicolai prepositi iustis supplicatibus (sic!) benigne annuentes ipsum Instrumentum et pie donacionis litteram suis Sigillis iam tactis fecerunt in testimonium premissorum scienter communiri. Acta sunt hec in domo habitacionis Elyzabeth Relicte Betekini vischers sepedicte, Anno, Indictione, Mense, die, hora et pontificatu quibus

supra, Presentibus discretis viris Domino Hinrico Milges, plebano in Brewytze, Hinrico dorreheyde, Gherardo Apeldorn, Clericis verdenfis diocesis supradicte, et Johanne aurifabri, opidano veteris opidi Soltwedele, Testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Et ego Bernardus Ahufen, Clericus Monasterienfis diocesis, publicus Imperiali auctoritate Notarius, — — —

Aus dem Copiarium des heil. Geist-Klosters zu Salzwehel fol. 51.

CXLVIII. Bischof Otto von Minden fordert in seiner Diöcese zur Unterstützung des Klosters Jfenhagen auf, das namentlich auch unter den Verwüstungen aus der Mark gelitten hat, am 25. März 1395.

Otto, dei et apostolice sedis gratia Mindensis ecclesie Episcopus, Viris honorabilibus . . . prepositis, decanis, archipresbiteris, plebanis, viceplebanis capellarumque rectoribus et vniuersis Christifidelibus tam regularibus quam secularibus per dyocesem Mindensem vbilibet constitutis, ad quos litere presentes peruenerint, Salutem ac sinceram in Domino caritatem. Cum alma mater ecclesia vniuersas religionis christiane basilic (as) studij honorare sollicitet et honore efferre preconijis non desistat. Nos igitur sacra vestigia prosequentes et vt speramus ductu laudabili venerabile monasterium in Yfenhagen hyldenfemensis dyocesis, quod pre ceteris monasterijs sinit desolatum prosequi gratia spirituali. — Cum igitur dilecta in Christo filia, abbatisa et Conuentus monialium gloriose virginis Marie in nova Yfenhagen, ordinis sancti Benedicti, que spretis illecebris elegerunt seruire Domino in abiectiōibus voluntarie paupertatis querulose coram nobis allegassent, quod per rapinam ac denastacionum pericula diuersa ad tantam sunt redacte paupertatem, vt non habeant, vnde vivant, nisi a christifidelibus subueniatur eisdem, eo, quod in fine Hildensemensis dyocesis sint situate, vbi marchionenses, magdeburgenses, halberstadenfes, brufwicenses, lüneburgenses et prygnizenses sepius per gwerrarum disturbies proch dolor conueniunt, Vniuersitatem igitur vestram rogamus et hortamur in domino vobis in remissionem peccatorum vestrorum iniungentes, quatenus de bonis a deo vobis collatis pias elemosinas et grata eis caritatis subsidia erogetis, vt per subuencionem vestram sue effugantur inopie et vos per hec alia bona, que domino inspirante feceritis, ad eterne felicitatis possitis gaudia peruenire. Virgines etenim memorate singulis mensibus memoriam omnium fidelium defunctorum et precipue eorum, qui in earum sunt fraternitate, feliciter peragere vouerunt et peragunt egestatis sue ob penuriam, vt sigillo venerabilis Episcopi hildensemensis ac illustis principis Lüneburgensis plurimorumque strenuorum militum ac vassallorum robustorum necnon ciuium discretorum Lüneburgensium, Brunswicensium, vllfesen, zoltwedele plurimorumque ciuitatum protestantur. Et quandam capellam in loco, qui dicitur Stembeke non longe ab earum monasterio situandam, vbi multa miracula fiunt et facta sunt cecis illuminatis, mulieribus in puerperio laborantibus sanatis, freneticis curatis, captiuis liberatis, morituris in Epydemio saluatis, Claudis gressum datis, Pluribus beneficijs saluatoris gratia ibidem demonstratis, de colligendis elemosinis fidelium deuocione mote volunt lapideis structuris reformare. Nos vero de omnium potentis